HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

non est apus. sed historie uerias appellanda est. Hec breuiter ut in conmen
tariis diximus nunc ad reliqua curramus. Et ego quasi nutricius ephrai
portabam eos in brachiis meis. et nesciebant qd curarem eos. In funiculis adam
trahebam eos. in uinculis carnalis. et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas
eorum. et declinaui ad eum ut uesceretur. LXX. Et ego collocaui ephrai suscepi
eum super brachium meum. et non cognouerunt eum ut sanarem illos in correptione
hominum. extendi eos in uinculis carnalis mee et ero illis quasi dans alapas
homo super maxillas eius. et respiciam ad eum prualens ei. Multum inter se he
braica et lxx interpretum edmo dissonat. Temptemus q iuxta hebreos
historiam. iuxta lxx anagogen tenere. Qui supradixerat puer israel et
dilexi eum. et ex egipto uocaui filium meum. et postea intulit qd pertrauerit
nefas. baalim immolabant et simulachris sacrificabant. nunc narrat
quo israel amore dilexerit. secdm illud qd in deuteronomio legimus. Por
tauit te dns ds tuus. ut solet homo gestare paruulum filium suum. in omni
uia p qua ambulasti. donec uenires ad locum istum. Et in alio loco expan
dit alas suas et assumpsit eum. atq; portauit in humeris suis. Ego inq;
qui pater eram nutricius factus sum. et paruulum filium meum in ulnis meis
ipse portabam. ne ledereur in solitudine et ne uel estu uel tenebris ter
reret. in die nubes eam in nocte ignis columpna. ut quos praeceram mo
in lustrare lumine. cumq; peccassent et fecissent sibi uitulum capitis dedi
locum penitentie et ignorauerunt qd curarem eos. et uulnus ydolatrie xl.
annorum spacio obducerem et pristine reddere sanitatem. curaui autem eos
ppter funiculos. et uincula carnalis quibus mihi abraham. isaac et iacob
astrinxeram. Proadam enim aquila et simmachus et lxx. et theodotio uni
uersi homines transtulerunt ut dicerent in funiculis hominum. traham
eos in uinculis carnalis. Qdq; seqr: ero eis quasi exaltans iugum. p q
interpretatus est simmachus. et putauerunt qd imponerem iugum
super maxillas eorum duplicem accipitur: aut abstulit iugum a eis cunctay
p circuitum nationum. aut legem meam arbitrati sunt. quasi grauissimum
iugum. pondus. et dedi ei escam manna in deserto quo uesceretur. Hoc est
enim quod ait declinaui ad eum cibos. non quo ds ad eum declinauerit
sed qd cibum manne ad eum fecerit declinare. Alter: Intimum dilexi
eos. et tam clemens pastor fui. ut morbidam ouem humeris meis ipse
portarem ipsi u ignorauerunt cum mea illos passione curarem. et qui
amator sum omnium hominum traherem eos ad credendum in uinculis cari
talis. iuxta illud qd in euangelio scriptum est. Nemo uenit ad me n
pater q misit me traxerit eum. Et arbitrati sunt iugum meum leue